

1.
Illustribus, Experientissimis ac Celeberrimis Viris

S. D.

Confessus Regius politico - medicus Pragensis promovendae va-
riolarum vaccinarum infisionis causa erector.

*Q*uemadmodum Proceribus Regni nostri Gubernacula te-
nentibus, alia, quam Civium salus, non est legum norma,
omnesque eorum curae in se semper vigilant, ut quidquid
inquinat seve ad eundam seve ad confervandam incolumenta-
rem publicam & opportunum & necessarium esse arbitrantur,
id omnis arida promptaque manu arriper, omnique exhibita
opera promovere fatagant, ita de propulsando exsirmandoque
variolofo contagio provide & tempestate cooperunt cogitare:
immanem scilicet illam belluam, quae in utrumque sexum
omnemque attatem pari cum ferocia haec tenus impune foeriendo,
& nec infanti quidem matris ubera fugenti pufioni parcendo,
haud minorem a tot jam foeculis intulit pestu, fame &
bello humano generi perniciem, impugnari jusserunt; quod

14.
ipsum introducta in universum Regnum tutelarium variolarum infitione, tot experimentorum apud exteris Gentes captorum, prosperoque eventu coronatorum, exemplis permoti, consecuturos se esse non dubitarunt. Quo vero saluberrima hujuscemodi tentamina in re, in qua cunctari, nisi cum irreparabili humani generis detimento, non licet, velociora & ampliora caperent incrementa, concessum politico - medicum, qui ifci infisionis operi praefuerit, erexere. Nos hujus concessus membra, ut sapientissimis & saluberrimis Procerum nostrorum decretis in tanti momenti re morem gereremus, nostrarum efi partium duximus communicatas nobiscum a medicis tutelarium infitionem variolarum administrantibus observationes in ordinem redigere, easque cum similibus hactenus nobis cognitis comparare, critico oculo lustrare, immo pro circumstantiarum exigentia propriarum hinc inde additamento animadversionum locupletare. Quorum experimentorum observatorumque confectoria praefusa complectitur opus cui titulus: Historia infisionis variolarum vaccinarum in Bohemia. Suscipit igitur serena fronte, amica mente manuque haec tentaminum nostrorum ad stabiliendum incomparabile Eduardi

2

Jenneri inventum susceptorum, primordia, eaque attentione
refixa non penitus indigna habitor. Quid, si factarum
fortasse a vobis hac in re peculiarium quarundam obser-
vationum, quae in notitiam nostram hactenus non pervenissent,
participes nos deinceps esse volueritis, nm nobis profecto non
modo gratissimam vos praefecturos, verum etiam ad profe-
quendos, quos inchoavimus labores novum calcar addicuros,
spoudemus. Valete.

Praga Bohemorum die 28 Decembris Anno 1805.

Abd. nobilis Dr. Ryb.
Legni Protonotarii
Praef.

Prof. Moly
Actuarius.